

detegendam experientia, nos manducari non posse: etenim cum hac circa sensibilia versetur, quomodo ad cognoscendum, Deum esse, qui omnino spiritualis, & ab omni materia distinctissimus est, docere non possit? Hinc cum aliqui Deum per experientiam invenire sibi adulari fuerint, in turpissimos errores incidunt: nam vel, Deum habentem corpus sibi finxerunt, ut *Antropomorphita*, vel nihil aliud prater sensibile adesse existimantes, Deum esse negarunt, ut *Athei*. Quapropter restat, ut divinae existentiae certam cognitionem solum habere possimus, vel ab aliquo testificante fide digno, & sic per lumen fidei; vel ab ingenio singulis intelligentiae luminos, vel denique ab ipso discursu.

II. Certum est, lumine fidei constare nobis, Deum existere: hoc enim demonstrat Sacrae Scripturae textus innumeri, quibus Deus, nedum alia, sed & sui ipsius existentiam revelavit, & testificatus est. Ex quo enim Deus mentiri non potest, dum dicit se existere, certi sumus, ita esse, & insuper quia non potest revelare, nisi esset. Sed hunc modum cognoscendi Dei existentiam hic supponimus. Quare solum querimus, an lumine naturalis intelligentiae, etiam cognoscatur, vel solo discursu ad certam ejus existentiae cognitionem deveniamus: ideoque statim Dubium, an hoc propositio, Deus est, sit lumine naturali per se, & immediate nota. Unde

III. Adverto 1. propositionem objectivam, de qua hic loquimur, aliam esse per se, & immediate notam, quae scilicet cognitio terminis statim innoscitur absque ullo medio: & aliam, quae non est per se nota, sed eget alio, quo tanquam medio per discursum certe innoscatur. Primi generis sunt propositiones, in quibus praedicatum est de essentia subjecti, seu in quibus praedicatum immediate convenit subjecto. Secundi generis sunt, in quibus praedicatum non est de essentia, nec immediate convenit subjecto.

IV. Rursus ex D. Thoma *1. 2. q. 2. art. 1.* aliqua propositio dici potest per se nota dupliciter, nimirum, vel secundum se, & etiam quoad nos: vel secundum se tantum, non vero quoad nos. Illa dicitur per se nota secundum se, & etiam quoad nos, in qua praedicatum non solum includitur in essentia subjecti, sed insuper natura subjecti. Praedicatum a nobis distincte cognoscitur, adeo ut cognitio subjecti, & praedicato statim cognoscatur exercitiam connexionem eorum ad invicem. Illa vero est per se nota quidem secundum se, non vero quoad nos, in qua praedicatum includitur quidem in essentia subjecti, sed insuper natura subjecti, & praedicatum a nobis distincte cognoscitur, adeo ut cognitio subjecti, & praedicato statim cognoscatur exercitiam connexionem eorum ad invicem. Illa vero est per se nota quidem secundum se, non vero quoad nos, in qua praedicatum includitur quidem in essentia subjecti, sed insuper natura subjecti, & praedicatum a nobis distincte cognoscitur, adeo ut cognitio subjecti, & praedicato statim cognoscatur exercitiam connexionem eorum ad invicem.

V. Hujus divisionis necessitas sic evincitur: nomine enim propositionis per se nota in se, non autem nobis, intelligimus illam, quae licet ex sua natura non eget medio, sed priori assensu, ut certo cognoscatur: illud tamen exigit indispensabile, & ignorantia nostris intellectus, qui non potest statim, & ex sola apprehensione terminorum cognoscere connexionem praedicati, & subjecti inter se: sed de facto dantur tales propositiones, ergo dande sunt propositiones per se nota in se, non autem nobis. Minor explicatur exemplis. Haec propositio: *Relatio est, cuius rectum esse est ad aliud se habere*, cum sic propositio, in qua praedicatum est de essentia subjecti in se careat medio, quo probari possit: & consequenter in se est per se nota: tamen ex ignorantia nostra, audita dicta propositione, non statim illi assentimus, nisi nobis per effectus, vel per exempla declarantur termini. Similiter in unaquaque scientia dantur propositiones, quae licet ex sua natura sint per se nota, & proinde indemonstrabiles, quia tamen constant ex terminis significantibus quidditates solum nos tractatoribus illius scientiae, si proponatur alicui talis scientiae ignaro, non poterit ab illo extorquere indubitanter assensum, nisi prius per exempla termini explicentur: puta si mihi ignaro Geometriae aliquid principium Geometricum proponatur, secundum eum quidem indemonstrabile, ejus tamen terminos ego ignorans, erodem inter se connexionem penetrare non valebo, nisi mihi explicentur.

VI. Hoc totum confirmatur. Aliqua enim sunt propositiones, quae constant terminis ita universalibus, & communibus, ut sufficienter illis apprehendere; statim enim res per illos significat cognoscuntur, ut verbi gratia: *Quodlibet est, vel non est*; *Omne eorum est majus sua parte*: & illa sunt per se nota non tantum in se, sed etiam respectu omnium. Aliae vero sunt propositiones constant res terminis, de quibus plerique confusam habent cognitionem, nec sufficientem ad penetrandam eorum connexionem: ut illa *omnes recti anguli sunt aequales*: & ista licet sint per se nota in se nec egent medio, non sunt tamen per se nota nobis, qui egerimus aliquo medio, ut eis assentiamur.

VII. Adverto 3. ex eodem D. Thoma cit. in resp. ad primum, Deum dupliciter considerari posse, uno modo sub quadam communitate, & confusione, in quantum scilicet est hominis beatitudo, vel sub bono generaliter continetur, eo modo quo cum videmus, hominem a longe venientem, eum sub quadam confusione, & universalis notione apprehendimus, quatenus scilicet est ens, vel corpus, vel vivens, vel animal. Alio modo potest Deum considerari sub ratione particulari Deitatis, prout scilicet est primum ens, prima causa, natura omnium perfectissima, ex qua omnia suum principium habent. His praemis

§. II.

Prima, & secunda assertio.

VIII. Dico 1. Deum existere, est per se nota secundum se. Ex superius notatis constat. Illud enim saepe natura est per se nota, in quo enunciatur aliquid, quod est immediate de essentia non solum physica, sed metaphysica subjecti, in eaque essentialiter includitur: sed est immediate de essentia Dei, non solum physica, sed metaphysica, & in ea essentialiter includitur: ergo haec major patet. Ideo enim hoc dictum homo est animal rationale est per se nota, quia in eo enunciatur rationale, quod est de essentia metaphysica hominis. Minor etiam constat quia essentia primi entis, seu entis a se in sui ratione formali metaphysica includere debet existentiam. Ex quo dices differentiam inter existentiam, & cetera Dei attributa, quod ista sunt de essentia Dei physica, omnia enim divina physice, & realiter sunt Deus, ad existentiam est de essentia Dei etiam metaphysica.

IX. Dico 2. Deum esse, considerato Deo sub ratione constata, & communi beatitudinis, est per se nota etiam nobis. Probat. Nobis enim naturaliter infusa est cognitio Dei, quo modo naturaliter nobis infusus est appetitus beatitudinis, sed naturaliter nobis infusus est appetitus beatitudinis sui generali notione beatitudinis; ergo naturaliter infusa nobis est cognitio Dei sub ratione generali boni, & confusa beatitudinis. Sed hoc, ait D. Thomas hic ad primum, non est cognoscere simpliciter Deum esse, sed tantum secundum quid, nimirum aliquid esse, quod hominis appetitum satiare possit, sicut quando aliquis hominem videt a longe venientem, non cognoscit illum sub ratione particulari hominis, & simpliciter, sed secundum quid, & confusa, nempe sub ratione communi, vel entis, vel viventis, vel animalis.

§. III.

Tertia assertio.

X. Dico 3. Deum esse, non est propositio per se nota nobis, seu quoad nos. Ita S. Thomas tum hic art. 1. tum 1. contra gentes cap. 11. q. 1. de veritate art. 1. & in 1. sent. dist. 1. Cuius haec est ratio. Illa propositio est per se nota secundum se, non tamen est nota nobis, in qua praedicatum est quidem de essentia subjecti, tamen non est nec naturam subjecti perfecte affequimur, & ea adhuc nobis explicata, ad hoc solo lumine innato saltem certo non penetramus connexionem ejus cum praedicato: sed ita nobis contingit in casu; dum enim apprehendimus Deum, quia illum non apprehendimus quidditative, sed solum connotative ad creaturas, non statim connexionem ejus esse naturalem cum existentia certo cognoscimus, nisi ad hoc per aliquod nobis notum discurrendum manducatur.

Dices tamen 1. Nulla res potest cogitari sine sua quidditate, sed esse est quidditas Dei, ergo Deus non potest cogitari sine esse.

XL. Respondeo 1. Quod licet nulla res cogitari possit absque eo quod est de sua quidditate, abstractione positiva, seu (ut loquitur D. Th. q. 21. de veritate art. 1.) per modum enunciationis, ita ut una negetur de altera: potest tamen abstractione mere negativa, scilicet, ut cogitetur una, alia non cogitata; quomodo etiam possumus Deum cogitare ejus bonitatem non cogitando, Deum tamen cogitare non possumus non esse bonum, ut D. Th. q. 4. de potentia art. 4. ad 8.

XII. Respondeo 2. Magis ad casum praesentem ex D. Th. q. 21. de veritate art. 12. ad 4. ubi, quae sunt de quidditate cogitari posse non solum separatim, sed etiam esse separata, quando nimirum ignoratur praedicatum esse de quidditate subjecti. Multi autem ignorant, vel saltem lumine principiorum non omnibus constat, existentiam esse de quidditate Dei.

XIII. Dices 2. Et replicabis, non potest cogitari Deum, quia concipitur esse id, quo majus cogitari non potest, sed id, quo majus cogitari non potest, non potest concipi sine existentia, alias non esset id, quo majus cogitari non potest: ergo &c.

Respondeo cum D. Thom. hic ad 2. negando 1. majorem. Nam forte ille, qui audit hoc nomen, Deum, non intelligit significari aliquam, quo majus cogitari non potest, cum quidem veritas dicitur Deum esse corpus. Ceterum data majori cum eodem S. Doctore dico ad minorem, quod dato etiam, quod quilibet intelligat, hoc nomine Deus, significari illud, quo majus cogitari non potest, de cuius quidditate sit esse, non tamen propter hoc sequitur, quod intelligat, id quo majus cogitari non potest, & cui essentialiter esse, esse, in rerum natura existentem: potest enim cogitari nihil esse nisi esse in rerum natura, quo majus cogitari non potest, sed hoc esse tantum in apprehensione sit cogitantis. Videantur q. 21. de veritate art. 12. ad 2. & in 1. sent. dist. 3. q. 1. art. 2. ad 4. & sane Atheus, dum concipit Deum, vel non concipit id, quo majus cogitari non potest, & de cuius quidditate sit existere, vel cogitari, hoc, quo majus cogitari non potest, in rerum natura non esse, & propterea negat, Deum revera esse extra suam cogitationem. Sit ratio est, quia nomen significat essentiam rei solum signate, & ut est in apprehensione, ad differentiam Verbi, quod eam significat ut exercite, & actu existentem.

XIV. Probat. ulterius Conclusio ratione eisdem S. Doctoris hic in argumento sed contra. Illa propositio cuius oppositum aliquis cogitare potest non est per se nota quoad nos ut constat in primis principiis, quae a nemine negantur, & de quibus

quibus nulla est dubitatio; sed oppositum hujus propositionis Deus est aliquid cogitare potest, & de facto Athei cogitarunt: ergo non est per se nota quoad nos. Minor patet ex D. Th. 2. 2. Dico insuper, in corde suo, non est Deum. XV. Probat. 3. Deus cum sit propositus immaterialis, & objectum a sensibus remotissimum non potest immediate movere intellectum nostrum ad sui cognitionem, sed mediate tantum, & per species, ac similitudines rerum sensibilibus: ergo haec propositio Deus est non potest esse nobis immediata, & per se nota, sed tantum mediate, & cognoscibilis ex rebus sensibilibus juxta illud Sapient. 15. vers. 5. A magnitudine speciei & creaturae, cognoscibiliter poterit creator horum videri: & illud Pauli Rom. 1. 20. Quaevis enim ipsius a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.

XVI. Dices tamen: illa cognitio est per se nota, quae a natura nobis infertur, atque cognitio existentiae Dei a natura nobis infertur, ut infra dicemus, ergo est per se nota, major patet: non enim aliquid est per se nota nobis veritas primorum principiorum.

XVII. Constat. Per se nota nobis est, veritatem existere: sed Deus est veritas, ergo per se nota est, Deum existere. Major probatur. Nam vel certo constat, veritatem esse, & sic habetur intentum, vel certo constat veritatem non esse: & sic datur haec veritas, quod veritas non sit.

XVIII. Resp. majorem esse veram, si illius propositionis termini etiam natura decente distinde innoscuntur, & necessaria apparere eorum connexio. Secus vero si solum confuso termini veniant in mentem, nec eorum connexio nobis certo innoscatur, ut de hac veritate Deus est nobis contingere jam dicitur.

XIX. Resp. 2. distinde minorem cognitio existentiae Dei nobis infertur a natura, & immediata nimirum cognitio, nego; mediatam solum, concedo. In hoc ergo sensu dicit potest naturaliter infusa cognitio existentiae Dei, vel quia omnibus naturaliter infertur est aliquid, ex quo per discursum pervenire potest ad certam notitiam Dei. Vel quia per principia nobis infusa haec de facili possumus allegari. Vel quia de existentia Dei solo lumine naturali, est non certam, dubiam tamen, quae suspicari possumus Deum esse, cognitionem habemus, quae excipitur intellectus ad quarendum per discursum cognoscendum certam, & tollendam a se dubietatem. Videri potest Sanctus Doct. lib. 1. sent. dist. 3. quest. 11. art. 2. q. 10. de veritate art. 12. ad primum & sequens, 70. quest. 1. art. 3. ad 6.

XX. Ad confirm. dico, argumentum peccare in forma, procedit enim ad universalia ad particularia affirmative, nimirum a veritate in communi ad veritatem in particulari. Quare sicut non sequitur animal existit, sed homo est animal, ergo homo existit, quia potest animal existere in brutis, licet homo non existat: ita non sequitur, in casu qui apud Atheos veritas excipit, est non existit Deum. Adde, nobis non esse per se nota, quod Deus sit veritas. Marcion enim, & Manichei esse blasphemum, admittant, unum Deum, qui esset auctor materiae, & patris mendacii.

XXI. Dices 3. Haec propositio Deus est, vel non est, est nota per se nota, ergo etiam illa Deus est.

Resp. negando consequentiam ad cognoscendam primam propositionem sufficit cognoscere vim disjunctivam, seu contradictionis, quae regulatur principio nobis per se nota, Quodlibet est, vel non est. Ad ad cognoscendam secundam, oportet determinate cognoscere connexionem hujus subjecti Deum existentiam, ad quod sine discursu certo non pervenimus, ut dicitur est.

XXII. Dices 3. Illa propositio Deus est, colendus, est per se nota nobis. Cum sit primum principium fidei, etiam ergo de illa Deus existit, quia illa supponitur ad illam tanquam fundamentum dicitur.

Resp. conc. antecedentem, negando consequentiam. licet enim cognitio practica supponat cognitionem speculativam, non tamen oportet ut, si cognitio practica sit immediata, etiam cognitio speculativa talis sit: Hoc enim principium Parentes sunt colendi, est immediatum: licet non cognoscamus immediate, quinam sint parentes nostri, sed per discursum, & relationem aliorum. Ita quoniam non cognoscimus immediate dari Deum, sed per discursum tantum, nihilominus haec propositio Deus est colendus, est immediata, & primum principium practicum.

XXIII. Replicabis, est nota ergo Parentes sine colendi non cognoscimus, quinam sint, parentes nostri immediate, tamen immediate cognoscimus parentes dari: ergo ex quo haec cognitio Deus est colendus est immediata, licet non cognoscimus quinam sit Deus; cognoscimus tamen immediate dari Deum.

Resp. est haec propositio Parentes sunt colendi sequi quidem Parentes dari, ad non de facto existere, sed si existant esse colendus: ita ex hac propositio, Deus est colendus, non sequitur Deum absolute existere, sed si existat esse colendum. Ad differendum esse quod Parentes, quicumque sint, colendi sunt a Deo colendus, est solus verus Deus: hunc autem verum dari non potest, sed per discursum.

XXIV. Dices 4. Puer perveniens ad usum rationis tenetur pro primo instanti se convertere ad Deum juxta doctrinam D. Thomae, sed pro eo primo instanti non potest notitiam Dei per discursum acquirere, cum ad hoc vix per longum tempus Theologiae devenissent, ergo &c.

XXV. Respondeo 1. Puerum perveniens ad usum rationis tenetur se convertere ad Deum non ut cognitionem distinctam, & in particulari, sed confusa sub ratione nempe beatitudinis, & istis utentem, quo pacto dixerimus abique discursu cognosci potest. Secundo dico, quod cum primum instanti usus rationis sit

instans, non physicum, sed morale datur locus, ut parum ex discursu, qui facilis est, parum ex his quae a parentibus audit, possit allurgere ad cognitionem Dei etiam in particulari, maxime quia credit potest, eam speciali lumine a Deo illustrari: quod ita in, qui nutriuntur in fide Catholica possimum contingere credimus.

Quae haec dixerimus, de nobis Victoribus intelligi debent. Si enim de Beatis sermo sit, his procul dubio per se nota est, Deum esse. Ita D. Thom. 3. contra gentes cap. 11. Sic nobis (inquit) est per se nota, quod eorum suae parte sit majus, sic videtur ipsam divinam essentiam per se notissimum esse, Deum esse, ex hoc, quod sua essentia est suum esse. Sed quia ejus essentiam videre non possumus, ad ejus esse cognoscendum, non per se ipsum, sed per ejus effectus pervenimus.

D U B I U M II.

An de existentia Dei dari possit ignorantia invincibilis.

§. I.

Aliqua praesentantur.

I. Cum ex dictis notitia existentiae Dei haberi non possit nisi per discursum, & dantur aliqui homines aegres, ac in suis educati, adeo hebetis ingenii, ut vix discernant aliquem formam possunt, plurique feratim more vivunt, quam hominum, qualem etiam tantum esse partem Terrarum, Carraitarum, & Canadensium, testantur, qui eas regiones penetrarunt. Locus aperitur praesenti dubio, an scilicet ista ignorantia, quam habent de existentia Dei, sit inculpabilis, & propterea invincibilis. Pro hoc.

II. Nota 1. Quod licet existentia Dei sub ratione particulari Deitatis non sit nobis per se nota, per se tamen nota est existentia sub ratione communi Beatitudinis; ex qua sicut moveri potest quilibet ad desiderandam beatitudinem saltem in generali, ita excitari potest ad querendum quodammodo etiam in particulari suae beatitudinis obiectum.

III. Nota 2. Quod est existentia Dei in particulari sub ratione primi entis, prime causae, primi provisoris per se, & sine discursu certo non innoscitur, negati tamen non potest, quin identidem in quolibet naturaliter ortu aliquid cogitatio aliquam saltem susceptionem, aut dubium patiens de Dei existentia, quo dubium si advertere vult, possit homo a se repellere. Haec de causa saporis Patres docent cognitionem Dei esse nobis infusam, implacitam, & ut ait Damascenus lib. 1. de fide cap. 3. implantatam. Haec de causa in repentinis, & moribus indeliberatis cum humana destituta nemo est, quamvis barbarus, qui Deum non invocet, & ad Deum non confugiat. Quis autem (ait Tertull. lib. de Testimonio anime cap. 1.) ejusmodi captatione anima non paravit doctrinam esse naturam, & conscientiam. & ingenia conscientia caritatis commissa? huic antea praemiserat hanc testimonium anima quanto vera, tanta simpliciter. Et infra. Magistra natura, anima discipula, quidquid quae illa docuit, quae ista praesens, a Deo traditum est magistro scilicet ipsa magistra. Et in Apolog. titico cap. 17. postquam ait, quod anima dum respiciit ut ex creatura, ut ex sanna, ut ex aliqua valitudine... Deum nominat, exclamavit... O testimonium animae naturaliter Christianae! Hinc potest quodammodo dici per se notum nobis, Deum esse. Cui ut observat D. Th. x. contra gentes cap. 2. accedit etiam consuetudo, qua homines ab incunabulis soliti sunt nomen Dei audire, & invocare: confuetudo autem, & praecipue quae est a principio ordinata vim naturae, ea enim quibus a pueritia animus imbuitur, ita firmis tenentur, ac si essent naturaliter indita.

IV. Huc respexit S. Ambrosius lib. 1. contra gentes. cum ait: *Haec esse scientiam naturalem, sine qua nemo nascitur; ad nos quilibet ingenium sit & afflicto, ac in utroque matrem impressum, ac instans, esse Regem, ac Dominum quocumque quocumque sunt moderantem &c.* Hoc idem argovit Epicurus ipse, qui ut Cicero refert lib. 1. de natura deorum: *Fidit quod in omnium animis Deorum naturam impressisset ipsa natura.* Unde idem Cicero lib. 1. de legibus: *De hominibus, inquit, nulla ratio est, nequa tam insanabilis, neque tam ferrea, quae, magis, animo ignorat, quam Deum habere deos, tam habendum sciat.* His ergo pra oculis habitis.

V. Nota 3. Ignorantiam esse duplicem secundum Theologos, nimirum vincibilem & invincibilem. Vincibilis est, quae adhibita morali diligentia vincit, ac superari potest, seu quae natura viribus, & ordinariis gratiis auxiliis superari potest. Invincibilis autem est, quae nulla morali diligentia, seu nec natura viribus, nec ordinariis gratiis auxiliis vincit, ac superari potest. Prima censetur voluntaria, si in fide, si in causa, & indirecte; unde culpabilis est, nec a peccato excusat: iuxta illud Prophetae Psalm. 35. vers. 4. *Nolui intelligere, ut bene ageret.* Secunda vero involuntaria est tum in fide, cum in causa, & proinde inculpabilis est, & a peccato excusat.

VI. Nota 4. Quod non est necesse, ut illa cognitio, quae ignorantia vincit debet sic omnino evidens, & demonstrativa; sed sufficit, quod sit probabilis, & quod nulla occurrat ratio evidens, quae foveat oppositum; quare ad vincendam ignorantiam satis est illa cognitio, quae habetur per relationem, aut instructionem alterius, vel per aliquam probabilem conjecturam, etiam si parat solum susceptionem, aut dubium. VII. Status locae praesentis Dubii est, non an quis invincibiliter carere possit demonstrativa existentiae Dei cognitione, sed an carere possit quacumque etiam probabilis conjectura cogit-

esse credit per fidem, non habet de hac veritate evidentiam, neque scientiam. Quod vero S. Paulus dicit accedentem ad Deum oportere, ut credat, quia est, non debet intelligi de existentia Dei, ut auctor naturae est, quo pacto cognosci potest per demonstrationem; sed de Deo, ut Auctore gratiae, & gloriae, quomodo solum per fidem cognosci potest, & non per demonstrationem a nobis visibilis; quare D. Paulus postquam dixit credere oportere quia Deus est, subdit: & iniqui rationibus se remaneantur fieri: Deus autem, ut remunerator per gloriam, est Deus quantus, non per naturam, sed per gratiam, quo pacto inquiri nequit nisi per fidem. Loquitur enim ibi de fide Patriarcharum.

DUBIUM IV.

Expandantur demonstrationes, quibus probatur Deum esse.

S. I.

De Atheismo.

I. A Theu. nomen est Graecum ab A, & Theos, quod idem est, ac sine Deo. Contra Atheos ergo Deum esse profus ferunt (si qui tamen sunt, vel unquam revera fuerunt) agimus in praesenti. Dixi, si qui revera sunt, vel fuerunt unquam. Non enim me lateat, aliquos recenserit, qui de existentia Dei pessime locuti sunt, eamque exterius etiam negarunt; sed an ita secreto, ac mente speculative fenserint de re adeo manifesta, non videtur mihi satis exploratum. Hinc inter Atheos numerantur Euhemerus Milesius, Diogenes Phryx, Hippon, Theodoros Cyrenensis, & Diagoras Mezius ab Atheniensibus propterea expulsus, quod Deum negaret, & Atheus esse dicitur; Dubitari tamen possent, an iste & alii, accusati sint velut Athei, quae omnem Deum penitus tollerent; an potius quae de vulgaribus Diis male fenserint, & furilia Graecorum summa deriderent. Non lateat etiam quendam Lucillum natione Italum; post diffamatum per Gallias Atheismum, Tholosae captum, accusatum, exivitum perstratorem an. 1619. 9. Britannii Senatus Decreto ritum combustum fuisse. Nomen praeterit, novissime Sylvestrum Legni, Julium eius filium, socioscque Romae deprehensos; ac de Atheismo convictos, post sollemnem tantae impietatis ejurationem perpetuo carceri damnatos fuisse an. 1719. 25. Januarii, sed de his quoque dubitari potest, ne Deum negaverint, non quia Deum non esse reserva arbitrati sunt, sed ut Deo, quem nimium sentiebant, ab eorum mente, & corde sublati, liberius concupiscentis suis fervire possent, similes illis, de quibus Job 21. vers. 14. Dicuntur Deo, recessu a nobis, & scientiam vestrum suorum non latuit. Quorum infaniam detinet S. Augustinus lib. de vera religione cap. 38. dum enim uni Deo se fubdere refugiunt, tot libri confingunt Deos, quot sunt cupiditates, quibus inserviant. Nego (inquit) esse quemquam istorum, qui nihil celestem existimant, qui non, aut carnalibus gaudiis subditus sit, aut potentiam vanae fovent, aut aliquo spectaculo delectatus infantiis, seu nescientes diligunt temporalia, ut inde beatitudinem expectent. His autem rebus, quibus quisque beatus vult esse, servitus necesse est, velle, nolite. Ita pulchre, & subtiliter S. Augustinus.

II. Verum concedam, aliquos revera mente Atheos existisse, quos inter Ethiopum partem aliquam commemorat Diodorus lib. 3. & Acrothois narat Simplicius in Epicteto, terra fuisse absoptos, cum omnem Dei cultum respuerent, quales etiam in novo Orbe nunc extare tradunt generis, quarum tanta barbaries est, ut ferus potius diceretur, quam homines. Totus tamen Mundus quaevis temporis, & in eo cultioris ingenii homines adeo in Dei existentia assensu conspirant, ut cum D. Aug. ferm. 10. de Verbis Domini, tunc ferm. 59. dicere possim. Pauci inveniantur tanti impietatis, ut impietate in eis, quod scriptum est: Dixit stultus in corde suo, non est Deus. Infamia ista paucorum est: Sicut enim magna pietas paucorum est, & magna impietas nihilominus paucorum est. Contra hos ergo demonstrabimus Deum admittendum esse: & primo quidem demonstrationibus quas D. Th. hic art. 3. producit. Deinde alii quoque.

S. II.

Prima D. Thomae demonstratio ex motu.

III. Prima ratio, & manifestior via ad expugnandos Atheos sumitur ex parte motus. Experimur enim, & nos & ea, quae sunt circa nos continuz mutationi esse obnoxia, five secundum substantiam, aliqua enim, modo sunt, quae prius non erant, & postea non erunt; five secundum locum, five secundum qualitates, aliqua enim modo sunt hic, modo alibi, modo calida, modo frigida &c. Quapropter ex isto notissimo phenomeno necessariam esse existentiam unius primi motoris omnino immobilis, nempe Dei, evincitur sic. Experimur nos & ea, quae sunt circa nos continui mutationibus esse obnoxia; ergo dari debet in natura fons, & principium omnium mutationum ab illis distinctum: sed fons & origo omnium mutationum debet esse unius primi Motor omnino immobilis: ergo debet dari primus Motor omnino immobilis. Antecedens experientia nimis fiadet. Prima consequentia probatur: nihil potest a se ipso moveri, sed omne, quod movetur, ab alio movetur, unde videmus, motum, qui est in baculo, causari a manu, motus manus ab Anima.

Minor vero subsumpta dicitur: primum, debere esse unum movens. Secundum, quod situm debet esse proffus immobile. Prima ergo pars probatur. In moventibus, & motis per se

subordinatis non potest procedi in infinitum, ultimum enim movens non movet, nisi movet intermedium, intermedium autem, nisi movet primum. Quare si non daretur movens primum, non daretur movens intermedium, neque ultimum. Si enim anima non moveret manum, nec manus moveret baculum, nec baculus lapidem, & exemplo eorum triternis explicatur. Haec enim si in mari movetur, movetur a remis, remi a remigibus, remiges a Gomite, comes a duce, Dux a maris Praefecto, iure a Rege, Quomobrem si rex primus non moveret, nec ceteri moverent, nec triternis moveretur.

Secunda etiam pars probatur. Si primum motor non esset immobilis, deberet ab alio moveri. Impossibile enim est, quod secundum idem, & eodem modo, aliquid fit movens, & motum, vel quod movetur se ipsum, quia movet in quantum est in actu, movetur autem in quantum est in potentia ad id, quod movetur, sicut ignis, qui est actu calidus, dum movet, & alterat lignum sic, ut ignis, quod est calidum in potentia, fiat calidum actu: impossibile est autem, quod idem secundum idem simul sit actu, & in potentia calidum. At si primum Motor deberet ab alio moveri non esset primum, sed abeundum esset in infinitum; & sic nullum esset movens, quia, ut dicebamus, secundum non movet, nisi movetur a primo: ergo &c.

IV. Nota tamen D. Th. caute dixisse, idem secundum idem & eodem modo non posse simul esse in actu, & in potentia: nam idem secundum unum, & uno modo potest esse in actu, & secundum aliud, & alio modo potest esse in potentia. Sic intellectus est in actu primo, seu virtuti pro speciem intelligibilem, est autem in potentia formali ad intellectionem, ad quam reduci non potest, nisi a cognoscente, qui semper est in actu, scilicet Deus, maxime loquendo de prima intellectione.

V. Hae ratio licet exemplificetur in moventibus, & motis motu corporeo, & physico valet tamen etiam in moventibus, & motis motu spirituali, & metaphysico: haec enim fit moventium, ab alio moveri debent, nec in ipsis dari potest processus in infinitum: adeoque efficax vita est Aristotelis, ut lib. 8. Physic. c. 10. exi. & c. quod vult esse in actu Toletus lib. 8. Physic. cap. 6. & Combricenses lib. 8. Physic. q. 3. c. 10. ut ex hac ratione probat dandum esse primum ens, primumque motorem, qui fit incorporeus, magnitudinis exers, & infinitus, non duratione solum, sed & virtute. Conferri potest, quod S. Th. hic dicit cum his, qui habet appuse. 2. c. 3. & 1. contra Gent. c. 13.

VI. Dices tamen primo hoc axioma esse quod movetur ab alio movetur non habere in schola Molinae ullam robur, in qua docent ejus sectatores humanam voluntatem se ipsum nullo alio Motore primo movere ad actus sibi proprios.

VII. Sed contra. Quiddid enim fit de Molinae doctrina, de qua alibi, S. Thomas q. 3. de malo art. 2. docet, quodcumque aliquid se ipsum movet, non excludit quia ab alio movetur, scilicet deo, qui est prima causa movens causas, & naturales & voluntarias; quod docet etiam 2. p. q. 83. art. 1. ad 3. & q. 105. art. 4. Secundo in tantum Molina dicit, voluntatem humanam movere se ipsam non a Deo, quia putat, eam non esse in potentia per indifferentiam passivam ad suas actiones liberas: sed in actu per indifferentiam pure activam; ergo Molina non destruit principium illud, omne quod movetur ab alio movetur. Tertio dato, ut vult Molina, quod voluntas actu a Deo non movetur; virtute tamen a Deo movetur, a quo accipit potentiam ad se movendum; ergo & ipse admittit primum Motorem dantem, esse non motum actualem, saltem potentiam ad se movendum. Tandem edito ad actu, qui sunt circa media, voluntatem a Deo immediate moveri negat Molina, ad primam tantum voluntatem, quae est circa finem ipsum, quae indeliberata est, & non libera, a Deo moveri dicit, ut patet non negabit; ergo saltem quoad hunc actum axioma praestatum valet.

VIII. Dices secundo pro Atheis: dari quidem harum mutationum fontem, & principium: sed hoc non esse Deum: esse autem, vel naturam, ut vult Plinius: aut elementa, ut Empedocles; aut atomos infinitas ab aeterno, & in aeternum innata sibi vi agitates.

IX. Sed hoc effugium facile excluditur. In primis enim hoc nomen Natura vacuum, & inane est, nisi referatur ad aliquem naturam moventem immotam. Elementa vero, cum mutationi obnoxia sint, egent ulteriori principio fuz mutationis extra se, quod ostendimus, tandem debere esse immobile. Atomus vero etsi dantem, ad summum dici possent primum principium materiale, ut sunt partes respectu domus: ergo praeter illas debet dari causa efficiens illas movens, sicut in domino praeter lapides, qui moventur, quare debet artifex, qui illos movet.

Dicere autem, in atomis duo esse, molem, & gravitatem: molem esse quidem materiam quasi patientem, gravitatem vero esse primum, aeternumque huius materie principium.

Nihil juvat: nam etiam dato, gravitatem esse principium movens, non poterit esse primum, quod movet; nam ulterius quare deberit, quis dederit illis atomis actu gravitatem. Dicent eam habere a se, utpote aeternas, & increatas. At dicam ego. Ita ne haec minima, quae vix sunt ea, quae Dei propria sunt, possidebant: immo id, quod nec totius universo convenit, hinc imperfectioribus universi partibus convenit: hoc est infinitos ponere Deos, ut unum Deum tollant. Rursus quid per totam aeternitatem atomi ille fecerunt? quis primum illis indidit motum? quis languentes excitavit? quis tam pulchre ordinavit? experientia nos docet, res inanimatas unitas tantum motus naturalem per se esse capaces: quae ergo motus tam varios atomis impreffit?

S. III.

Secunda ratio ab efficientia.

X. Valia efficientia probat secundo D. Thom. Deum esse, sic. Manifestum est, in rerum natura quaedam effici, cum antea non essent: nos enim non femp fuimus; sed ab aliquo praesistente accepimus esse, quod & de aliis vilioribus rebus credendum est: nihil autem accepit esse a se ipso, alias fuisset anteaquam esset, ergo ab alio. De isto quare: accipiente esse ab alio, vel habet a se? si a se: ergo durit prima causa non causata, qui est Deus. Si ab alio: de hoc alio idem quare, & sic in infinitum. Si vero hoc dicitur: iterum quare, In ista serie infinita caularum, aliqua est vim habens producendi se ipsam, vel non? primum non dicitur ab Aeterno. Si ergo dicit secundum: quilibet eorum alio indigebit, ut sit hoc autem erit prima causa.

XI. Communis Aetheorum responsio est, omnia quidem, quae sunt singularia, & divise sumpta ab alio esse, ut Roborum esse a Salomone, Salomonem a Davide, Davidem a Jesse, & sic in infinitum procedendo. Ceterum omnia collectiva, puta totum genus humanum a nullo alio extra se esse causatum, quia quocumque cepit. Sicut enim si circulationes possentur in infinitum, post quocumque foret alia, non post omnes, & postis infinitis generationibus ab aeterno, antea quocumque foret alia, non ante omnem: sic quolibet quidem in particulari esse ab alio factum, non vero omnia collectivae, & simul sumpta: non enim valet a diviso ad collectivum. Nam in republica quilibet in particulari subditus est, omnes tamen simul Republica sunt, & nulli subiecti.

XII. Hoc est maximum Aetheorum ratiocinium, quod tametsi multis modis inane demonstratur. Primo enim, Haec ipsum suppositio, quod collectio omnium rerum sit infinita, & aeterna, cui niscitur fundamentum? Cur infinitorum hominum, & rerum, quae per totam aeternitatem ante Adamam fuerant; nulla nec vola, nec vestigium, nec memoria? Si sensu ipso videmus, quomlibet rem in particulari, quae est unum ex membris collectionem hanc componentibus, sic modo esse, ut non femper fuerit, cur de tota rerum collectione idem digendum non est? Secundo dato, quod illa collectio infinita sit, & aeterna; unde probatur, quod sit a se, cum omnia ipsa membra simul sumpta, sicut aeris lapidum non esset quod distinctum a lapidibus ipsum componentibus, sed esset omnes lapides simul sumpti, neque aeris componit, aut constituit, & causat lapides; sed potius lapides componunt, & constituent, & causant aerem. Si ergo ex quo quilibet lapidum, qui aerem componunt, ab aliquo extra se adunatus est, recte colligitur, totum illam lapidum aerem ab aliquo adunatum fuisse, est aeris vice infinitis lapidibus esset coacturus: cur ex quo quilibet homo ab alio sit, non idem dicemus de tota collectione, etsi infinita?

XIII. Neg recurrit ad seriem inquntiam rerum quidquam valet. Nam si quilibet ab alio est, ut Pater a Patre, Pater ab avo, Avus ab Atavo, etiam in infinitum sit recurrit, qui sane mentis non colliget totam illam hominum collectionem ab alio esse? Qui videt singulos lapides componentes domum ab aliquo positos, arguit, etiam totam illam lapidum collectionem ab alio, etsi infinita foret, positam esse, & qui singulas cytharae partes videt non a se coalitas, sed opera alterius, non poterit indere inferre, nisi quod cytharae ex illis confurgens ab alio facta sit. Primo exemplo utitur ad demonstrandum Deum esse Eusebii lib. 7. praepar. Evange. c. 2. Secundo Gregorius Nazianz. ser. 2. de Theologia. Alio quoque exemplo res explicari potest. Flammam ceteram ingeniem constantem multis annis in aere appensus; si, ut sustinetur, ultimus eorum indiget superiori, qui annexus, & alius alio, nisi deveniamus ad unum, qui valida manu extra collectionem illam annulus sustentet, tota illa collectio ruet. Immo infiniti annuli forent, si omnes, & singuli labiles forent, infiniti deciderent. Et ratio est. Quia tota illa collectio anulorum ejusdem rationis est, ac singula, nihilque illis addit, nisi numerum: sed numerus eorum effectum non excludit causam: immo tanto magis multiplicat necessitas causae; quanto multiplicatur effectus: ergo si fingatur homines plures, ac plures, usque in infinitum, supposito quod quilibet in particulari indiget alio ut sit, oportebit assignare principium, quod toti illi hominum feriet, est infinitum, principium dederit, nisi dicamus, autem ex illis sibi principium esse dicitur fuisse.

Minus autem Aethei proferunt exempla adducta. Nam est in collectione infinita non valet consequentia a singulari ad totum in predicatis sumptis a quantitate continua, vel discreta, aut illi similibus, ut patet in exemplis adductis, valet tamen in omnibus aliis, praesertim si sint praedicata quidditativa, & essentialia: sed impotentia essendi a seipso, & indigentia recipiendi esse ab alio in re contingentes existentiae est praedicatum quidditativum, & essentialiale conveniens illi absolute & limitatione, & imperfectione suae essentiae, quae sibi non est sufficiens fundamentum, ut existat; ergo convenire debet rationi Golum singulari distributive, sed & toti collectioni. Major probatur hac inductione: quia enim singuli homines funt rationales, verum est dicere, totum hominum collectionem, seu universum genus humanum, est infinitis constants hominibus esse rationale. Quia singula partes componentes aerem sunt lapides, aeris vice lapideus esse debet, non fer-

reus, aut aureus, quia ut dicebam, collectio nisi aliud addit supra singulas partes, nisi numerum, aut quantitatem aliquam, vel successivam, vel permanentem, vel discretam: ergo licet in iis, quae quantitatem important, non liceat arguere a singulari ad collectionem, licet tamen in reliquis, maxime si essentialia & quidditativa sint.

XV. Efficaciam huius rationis ad oculum demonstrat S. Joann. Chrysof. in Pl. 13. ubi Aetheum sic perstringit. Non est fundamentum: & quomodo fuit edificium? Non est carina: & quomodo consistit navigium? Non est fabricator navis: & quomodo navis compahis est? Non est edificator: & quomodo domus facta est? Non est architectus: & quis Urbem condidit? Non est agricola: & quomodo agri sulcos manipulos? Non est musicus: & quomodo in Mundi lyra apparer concentus? Non est qui providet: & quomodo eleonorum quatuor cursus agit? Non est qui rigit: & quomodo eleonorum quatuor cursus agit? Non est qui flaccariis? & quomodo homines veluti quodam statera in Mundo facti sunt? Non est fornicator: & quis tibi Cali fornicem constravit? Non est aurifer: & quis tibi dolum aureum ranguam est mola solum in Cali posuit? Non est qui ferax lampadum, & qui tibi velut lampadem argenteam dedit Lunam in nocte?... Non est ipseus: & quomodo pulchritudo creaturarum restat creatorum?... Quocumque in Mundo sunt, aguntur, & exercentur, habent qui praesit, & equae praesit: & Solus Mandans non habet, qui eum administrat: Ita eleganter Chrysof.

S. IV.

Dua alia D. Thomae rationes.

XVI. Tertia via qua D. Thom. probat, Deum esse, ex possibilis, & necessario sumpta est, tali pacto: Dantur in Mundo entia, quae ex sua natura possibilis sunt esse, & non esse: ergo dari debet aliquid ens necessarium; de cujus natura sit necessario existere; & hoc erit Deus. Antecedens experientia patet. Consequentia vero prob. Si omne ens esset contingens, seu possibile esse, & non esse, nullum plane ens de facto esset; quia ea, quae ex se, & suapte natura solum habent possibilitatem ad existendum, non possunt de facto existere, nisi per aliquid ens necessarium, cui per se, & ex natura sua conveniat existere; quod exemplis, & ratione demonstrat. Ratiocine quidem, nam quae ex natura sua solum habent possibilitatem ad aliquid, non possunt illud habere nisi per causam, quae actum illum, vel formaliter, vel eminenter continet; vel ergo hunc actum continet necessario, per se, & ex natura sua, & sic habet intentionem; vel hunc actum non habet ex se, sed ab alio, & sic debitor processus in infinitum. Exemplis vero. Quia enim aer ex natura sua est solum in potentia ad lucem, non potest fieri actu lucidus, nisi lucem accipiat tandem a Sole, vel alio, cui per se lux conveniat. Quia aqua ex natura sua solum est in potentia ad calorem, non potest fieri actu calida, nisi tandem accipiat calorem ab igne, qui est per se calidus.

Si forte respondeatur primo, quodlibet contingens in particulari indiget quidem alio, ut existat, non tamen totum eorum collectionem; jam hoc effugium satis praecellum est supra.

XVII. Si respondeatur secundo, non oportere recurrere ad aliquid ens, cui conveniat necessario existere, quia licet existere conveniat contingenter rei contingenti, postea tamen, quod res contingens existat, poterit communicare esse alteri contingenti: sicut licet calor solum contingenter conveniat aequae: tamen eo ipso, quod aqua sit calida, poterit aliud corpus calefacere.

XVIII. Sed contra. Licet verum sit, quod postea, rei existentem de facto existere, possit communicare alteri existentiam, tamen non potest fieri suppositio, quod ens contingenter existens de facto existat, nisi tandem existentiam accipiat ab eo, quod per se, & necessario existens sit. Quod ostendit eodem exemplo aquae: esto enim aqua, postea quod sit calida possit alteri calorem tribuere, non tamen fieri potest suppositio, quod aqua sit calida, nisi datur aliquid per se calidum, a quo radicaliter causetur calor in aqua, ergo &c.

XIX. Quarta via procedit ex variis gradibus bonitatis, & perfectionis, qui in rebus inveniuntur; Sic, Videmus in hoc Mundo aliqua esse entia magis, vel minus bona, & perfecta aliis: sed magis, vel minus dicitur de diversis, secundum quod appropinquant ad aliquid, quod est maxime tale, sicut magis calidum dicitur id, quod magis appropinquat maxime calido: ergo dari debet in natura aliquid ens maximum, & maximum bonum. Sed quod est maxime tale in aliquo genere, est causa omnium, quae sunt illius generis, sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa omnium calidorum: ergo est aliquid, quod est causa esse, & bonitatis, & cuiuslibet perfectionis, & hoc dicitur Deus.

XX. Dices tamen primo. Si unum contrarium fuerit infinitum, totaliter destruetur aliud: ergo si daretur ens maximum, & infinite bonum, nullum malum esset in Mundo: sed malum invenitur in Mundo: ergo non datur hoc ens maxime & infinite bonum.

XXI. Respondeo dist. ant. Si illud contrarium agit necessario, transeat ant. si agit libere, & voluntarie nego anteced. & consequ. Causa ergo, quae agit naturaliter, & necessario, tantum agit, quantum potest; quare, si fuerit infinite virtutis, & efficaciae, omnino destruet quidquid sibi oppositum erit: unde si daretur infinitus ignis destrueret omne frigus, & si Sol molis esset infinitus, omnia profus loca illuminaret.

ret, & ex ipis omnes tenebras expelleret. Sed causa, que voluntarie, & libere operatur, non agit quantum potest, sed quantum vult. Cum ergo Deus sit agens maxime voluntarium, & liberum, sequitur quod bonitatem suam communicet creaturis, quantum ipsi placet, & videt expedire, & sic in creaturis aliquid boni producit, sed permittit etiam aliquid mali, ex quo sumit occasionem boni. Hanc solutionem indicat S. Thomas hoc art. 3. ad 1. ubi ad simile argumentum sic respondet. *Ad primum dicitur, quod sicut dicit Augustinus in Enchirid. cap. 11. Deus, cum sit summe bonus, nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis; nisi esset adeo omnipotens, & bonus, ut bene faceret etiam de malo. Hoc ergo ad infinitam Dei bonitatem pertinet, ut esse permittat mala, & ex eis aliquid bona.*

XXII. Nihilominus dato, quod Deus necessario ageret, & non libere, adhuc non destrueret omne malum: Quare responderi potest distinguendo aliter antecedens ex Cajetano: unum contrarium si fuerit infinitum totaliter destrueret alterum formaliter, & in proprio suo subjecto, eorum aut. effective; & in aliis subjectis, subdistinguo: si fuerit causa univoca; transiet, si causa fuerit equivoca: nego anteced. Ratio ergo formalis in aliquo subjecto posita; si fuerit in summo, ab eo totaliter excludit suum oppositum. Sic calor, qui formaliter in summo est in igne, omne frigus ab igne profusus excludit, & sic ratio infinita bonitatis, que formaliter in Deo tantum in proprio subjecto residet, excludit ab eo omnem penitus rationem mali. Sed quando illa ratio formaliter residens in subjecto proprio sese effective communicat alienis subjectis; tunc vel hoc facit per modum causa univocæ, nimirum ejusdem rationis, & ordinis: & sic totum suum oppositum destruit etiam effective, & in aliis subjectis, dummodo ea disposita inveniat: sic ignis si inveniat lignum bene dispositum, communicat illi totum plenitudinem caloris, quam habet in se, expellendo ab eo omne frigus, immo illud etiam convertendo in ignem. Sed si causa fuerit equivoca, & alterius ordinis, ita ut non possit effectus totam suam perfectionem acquiescere, sed ex parte tantum, tunc non potest totum oppositum ab aliis expellere, sed plus, vel minus secundum gradus, quo perfectionem participant. Cum itaque Deus sit quadratus, ac diversis aliorumque ordinis causa, & quamvis necessario ageret, non posset infinitam suam bonitatem cum tota plenitudine, qua in ipso est, alteri Deo communicare, & reflectere ab illo procedentem, nisi illius infinitæ bonitatis tantum participationes, hinc est quod in eis de factis non destruit, nec, quamvis necessario ageret, destrueret in eis omnem rationem imperfectionis, & mali, sed plus, vel minus juxta majorem, vel minorem suæ bonitatis participationem.

XXIII. Dices secundo. Sicut in rebus invenitur magis, & minus bonum, ita in rebus invenitur magis, vel minus malum, sed ex hoc non arguitur esse maximum, & summum malum, quod sit causa omnis mali; ergo neque ex primo arguitur, esse unum maximum, & summum bonum, quod sit causa omnis boni.

XXIV. Respondeo, repugnare aliquid esse, & summum malum esse, seu per essentialiter malum. Si enim est, ens est, & natura quædam; si ens est, bonum est, quia omne ens in quantum ens, est bonum, neque aliquid dicitur malum, nisi quia privatur aliqua entitate, & perfectione. Neque aliquid dicitur magis, aut minus malum, quia magis, aut minus accedit, aut participet de summo malo, sed quia magis, vel minus recedit, aut deficit a summo bono. Quare ex quo dicitur summum bonum, quod sit causa omnis boni, non sequitur, debere dari summum malum, quod sit causa omnis mali, ut ponebant Manichæi. Vide S. Thom. 1. part. quest. 99. art. 3. rem hanc ex professo agentem.

S. V.
Postrema D. Thomæ ratio.

XXV. Quinta via, qua D. Thom. probat, Deum esse, sumit ex ratione supremi Governoris. Videmus enim, ea etiam, que cogitatione carent, operari propter finem, & fines suos per debita media consequi, sed que cognitione carent, non possunt finem intendere, illumque sibi præfigere, quem non cognoscunt; ergo oportet, ut a causa cognoscente ad illum dirigatur, sicut sagitta non potest scopum attingere, nisi dirigatur a sagitante. Evidens ergo est, dari in Mundo unum supremum Governatorem, & rerum omnium Proviforem. Hinc Cicero lib. 2. de Natura Deorum. *Quid (inquit) potest esse tam aperum, tamque perspicuum, cum Calum suspexit, celestiaque sumus contemplari, quam esse aliquod nomen præstantissimum mensis, quo hoc regatur?* Et lib. de Divinatione ait: *Preflantem aliquem æternam naturam, & cum suscipiendam, admodumque hominum generi, pulcherrimo Mundi, ardore veterum califfus cogit consisteri.*

XXVI. Dicit Atheus ex certa propositione, quam res quælibet in se, & ex se habet, nasci, quod ad finem suum dirigat, quia agnoscat aliquem supra se. Sic ignis suapte natura calefacit, aqua madeficit. Mundi autem, & rerum coadunatio non aliqua mente dirigente, sed fortuito, & casu ita coaluit, climato non excludit necessitatem intelligentie dirigentis, ut patet in cytharæ chordis, que licet habeant inclinationem, & proportionem ex melodiâ, que licet habeant inclinationem, & manû ex ordinate pulsante, egent tamen mente eas aptante in libro formant dictiones. In literis, que coordinatae, dictiones tamen nunquam formantur, nisi ab aliquo intelligente essent combinatæ. Si ergo qui audit cy-

tharæ forum, sitam judicat, chordas ab aliquo tangi, qui legit librum judicat, litteras ab aliquo fuisse dispositas; cur ex Harmonico partium Jusus Mundi concipit non arguet mentem eis mirò ordine disponentem, ac suæ Providentiæ manû eas tangentem, & legens in universi magno libro tot varias rerum combinations, supremam intelligentiam eas ordinantem, non depræhendit?

XXVIII. Secundo. Inclinationes, que rebus insunt sepe numero sunt, nedum diversæ, sed invicem repugnantes, que ad unum finem conciliari quomodo possent, nisi adestet superæmæ alicujus intelligentie, cui parentem, ordinatio, que pro universi totius bono causis inter se pugnantibus utretur? Rursus sepe contingit, rem contra particularem suam inclinationem operari, ut cum aqua, aut lapis fursum ascendunt: quomodo autem contrarie illi inclinationes a natura prodirent nisi alicujus esset, qui bono universali prospiceret, & propter istum faceret, ut res quælibet propriam inclinationem illi posthaberet?

XXIX. Hoc ratiocinium pulchre urget S. Joann. Damasc. l. 1. fidei orthod. c. 3. *Qui enim, (inquit) fieri potuissent, ut inter se pugnantem naturam ignis, inquam, & aqua, aeris, & terra ad unum Mundi constitutionem cederent, senaque adeo nexu cohaberent, ut nullaratione solvi possent; nisi omnipotens vis illi qua ea compingisset, ac perpetuo a dissolutione servaret? Quid est, quod ea, que in Cælo, & que in terra existunt, quique aerem præcipitant; & que in aquis agunt: immo etiam, que his interioribus sunt, Calum, terram, & aerem, ignem, quæque, & aqua naturam certis dispositis locis a quoniam commixta hænt, & distributa? Quid est, quod motus illi impressi, perennique, nec ulla re cohibitis casu ea cessant? An non coram Architecto, qui rebus omnibus rationem modulatur, quo universum hoc agatur, & regatur incidit? An qui coram Artifice? An non et, qui ea condat, inque rerum naturam producit? Nec enim (eo automatæ) sui casu cum vim, facultatemque tribuerimus. Sic enim sane casus, quod existit: ac cuius tandem erit dispositus? Verum illud quoque, si lubet, concedamus; casus vero erit eadem juxta illas, quibus primam conata hænt, leges conservare, & existit? Alterius profecto, quam casus. Atque hoc quoniam aliud, nisi Deus? Invenitur Damascenus.*

XXX. Ad hæc: ignorare Athei non possunt: omnem causam per accidens, quales sunt fortuna & casus, subnixam esse alicui causæ per se. Si enim factorum causa in Templum turus in creditorem insperato incidit, fortuna id factum dixerit: ubi voluntas mea erit per se causa tionis in Templum, accidens autem causa occurrit cum creditore. Et si tegula de tecto decidens caput prætereuntem percutat, casum id vocamus; ubi lapsus quidam per accidens causa est vulneris: at gravis lapis id causa per se, qui decidit, dirigitur item, & accipit, cui vulneret. Quomobrem si casus fortuita, & comorum concussio hæc nature compages debetur, quam quædam causam per se affert? Athens?

Si dixerit cum aliis, Mundum hunc non cæco casu, cæca tamen necessitate existit.

XXXI. Quæro. Mundus, qui necessario existit, vel coepit existere, in tempore, vel ab æterno fuit? Si in tempore coepit: ergo ab aliquo origine coepit: etiam enim ex nihilo aliquid factum credamus; aliquid tamen factum ab nihilo absurdissimum judicamus. Si vero dicant, semper Mundum fuisse: ergo infinitum habuimus majores, atque in generationibus dabitur infinita progressio. Quod si ita erat: unde tam recens eorum memoria, qui artes quasquam invenierunt? Unde item, quod illorum nec vobis nec vestigiis supersit, qui inventis ante nos fuerit temporibus? Hoc argumentum tanti fecit Lactantius lib. 5. ut propterea coepisse Mundum, satis esse recentem fatetur.

S. VI.
Ultimo perfringitur Atheus, ex S. Augustino.

XXXII. Quia dari potest Atheus adeo pertinax, qui rationibus superioribus expensis nihil motus adhuc dicat: Quomodo fieri debet dari Deum, tantumque mihi onus imponere, tum Deum non videam? Sic cum Augustino in Plalm. 83. primo redarguendus est. *Non vides, inquit, quid prodigium sum? Anima tua videtur, ut opinor, stulte, corpus tuum videtur: animam tuam quis videt? Cum ergo corpus tuum scilicet videtur, quare non sceleratis? Et respondet: (sapi enim adhuc) quia visus. Unde scis, quia visus, cuius animam non vides? Unde scis? (respondet sibi) quia liquor, quia ambulo, quia operor. Sicut, ex operibus corporis agnosco, inventum: ex operibus creatura, non potest agnoscere creatorem.*

XXXIII. Secundo Atheum urget idem S. Augustinus hoc discursu. Nimirum: si Dei naturam capere tuo ingenio non potes, neque ad ejus notitiam tuo discursu pervenire, credas saltem universo generi humano, cum revera dari tibi attestant: si enim tibi aliquid afferent vis, ut credatur, cur non velis ipse credere hominum Universaliter clamanti Deum existere, naturam omnium aliorum omnium humanam Optum superantem? Si quis ergo (inquit lib. 2. de lib. arb. cap. 2.) illorum insipientiam, de quibus scripsimus: dixit inflexibile in corde suo non est Deus: hoc tibi dixerit, nec visus tecum credere, quod credis, sed cognoscere, utrum vera credituris: primum ab eo quæres; an hoc ex pernicia dicat, an vero bono animo, que veritatis cognoscende studio. Quod si dixerit, se amore veritatis, & bono animo hoc quærete; ipsi repones. *Non credo.* Quod si attestet, ita esse, & roget, ut sibi credatur, tunc contra illum procedes sic. *Cur est, ut ego tibi credam, quod dicit, & ego non vides, nimirum bonum ani-*

animum suum, qui tibi Orbis attestat: Deum esse, credere non vis, quia non capis, quia non vides? Ita ad hominem pertingit Atheus Augustinus.

XXXIV. Nulla ergo veritas est, que tam clare stabiliatur fundamentis, quam existentia Dei, licet Atheus ab oculis suis cum conetur avertere, ne ad Deum reduci cogatur. Dicitur autem Deo existentiam esse onerosam, intolerabilis Blasphemia est. Nihil est Deus: quod si Atheo onerosus videretur: hoc ideo evenit, quia impiorum mos est optimi ac justi Principis formidare potestatem.

QUÆSTIO I.

De Unitate Dei.

Atheismo devicto, ad Polytheismum profingendum via facta aperta parata est. Semel enim stabilita Dei existentia, ejus quoque Unitas stabilita est, quia idem est Deum esse, & esse unum. Quare scite Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 3. *Deus si unus non est, non est; Verum cum multis modis a Dei unitate aberratum sit, propterea stabilita Dei unitate, referemus quoque ad eruditionem incipientium varios contra illam errores.*

DUBIUM I.

An Deus necessario debeat esse unus.

S. I.

Dei unitas assertitur.

I. Deo. Deus ita necessario est unus, ut sit omnino impossibile, esse plures Deos. Ita S. Thomas hac 1. part. quest. 11. artic. 3. & quest. 103. artic. 3. primo contra Genes. c. 42. & alibi. Hanc veritatem Deus in scripturis passim testatur est. Deuter. 6. vers. 4. *Audi Israel, Dominus Deus noster. Dominus unus est.* cap. 32. vers. 39. *Videte, quod ego sim solus; & non sit alius Deus præter me.* 1. Reg. c. 2. vers. 22. *Neque enim est alius extra me.* Isaia 47. vers. 21. *Tu es Dominus solus.* c. 43. vers. 11. *Aure me non est formatus Deus, & post me me non erit.* & c. 44. vers. 6. *Abique me non est Deus:* & 1. Cor. 8. v. 4. *Nullus est Deus, nisi unus: esto autem Paulus ibi vers. 5. subjicit: Siquidem sunt Dii multi, & Domini multi.* Loquitur tamen de iis, qui dicuntur quidem Dii, sed non sunt: unde ait: *Nam estis sans, qui dicuntur Dii, sicut in Cælo, sicut in terra loquens de Diis Paganorum, quibus erant Dii in Cælo, Dii in Terra, Dii in Mari; Dii in Inferis; nobis tamen unus Deus.*

II. Nunc ratiocinium, quibus utitur D. Th. 1. part. q. 11. art. 3. citato, veritas ista probanda est. Primo: Deus est essentialiter singularis; ergo unus, est essentialiter incomunicabilis, est essentialiter singularis, ergo unus, est essentialiter incomunicabilis: unde si homo esset essentialiter Plato, non posset esse, nisi unus homo nempe Plato. Anteced. vero probatur esse, nisi unus homo nempe Plato. Anteced. vero probatur esse, nisi unus homo nempe Plato. Anteced. vero probatur esse, nisi unus homo nempe Plato. Anteced. vero probatur esse, nisi unus homo nempe Plato.

III. Dices primo. Natura Angelica in opinione Thomistarum est essentialiter singularis, & tamen in eorumdem opinione non repugnat, quod saltem concipiatur, ut communicabilis pluribus solo numero distinctis.

IV. Dices secundo. Natura Divina est comunicabilis tribus Divinis Personis, ergo non est essentialiter incomunicabilis.

V. Resp. ad primum, naturam Angelicam esse quidem essentialiter physicè singularem, non autem essentialiter metaphysicè, & secundum conceptum suum specificum, ut est Deus. Quare non repugnat, dum concepta secundum gradum suum specificum, ut præcibus ab individuali, concipiatur, ut saltem necesse indifferentes ad plura individua, seu ut non determinativa individuum: quia ad Deum est essentialiter metaphysicè singularis, ita ut non possit concipi Deum, quia uno numero concipiatur.

VI. Ad secundum dico, quod natura divina non dividitur, aut multiplicatur in tribus Divinis Personis: sed una numero, & indivisa manens comunicatur Patri, Filio, & Spiritui Sancto. Ideoque licet in tribus, manet una numero, & essentialiter singularis.

VII. Præcedenti rationi affinis est ista. Si Deitas posset multiplicari, jam Deorum determinatum non esset numerus, sed innumerus, & bene infiniti darentur Dii, omnis enim natura multiplicabilis, & pluralis in individuis, non determinat ex se ad certum numerum individuum, sed quia ratio potest esse in duobus, poterit esse in centum, in mille, & sic usque in infinitum: eo vel maxime, quod a nullo extrinseci limitari posset ad certum numerum, neque a vite brevitate, cum esset eterna, neque a limitatione virtutum, cum esset virtutis infinita. Neque unum Individuum Deitatem adqueverit, Addo quod si numerositas femel Deum non dedecet, quod major eo perfector erit, ideoque Deitati consonantior; & secundum ipsa, si Deo digna, & ab uno individuo non adqueverit aborbetur, in plures, pluresque Deos sese effundere, ac propagare gaudebit.

VIII. Hanc rationem præclare urget Tertullianus lib. 1. contra Marcionem c. 5. dicens: *Quæ ratio duo summa magna*

compulsis? Primo enim exigam: cur non plura, si duo? Quando lempliorem oportet credi substantiam divinitatis, si comperere ei numerus. Hæreticis, & liberator Valentinus, qui simul ausus est duo concipere Bithon, & Sigen, cum usque ad erigente Eorum fatum, tamquam Xenia scripta extamen divinitatis essent. Quæcumque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo; ut ipsa plura post unum. Post unum enim numerus. Quæ ratio duo admittit, eadem potius, & plura post. Ita Tertullianus arguebat Marcionem; qui ut diceret, duos tantum Deos admittit. Et Octavianus inquit Minutium Felicem lepide deridens; *Cur, (inquit) si nati sunt Dii, non hodieque nascuntur? Nisi forte Jupiter senavit, & partus in Junone defecit, & Minerva canuit, antiquam peperit... Cæterum si Dii creati possent, & interire non possent, plures totis hominibus Deos haberemus, ut jam ætæ nec Cælum contineret, nec aer caperet, nec sustineret. Hoc adeo verum est, ut reserente Eusebio lib. 5. præparat. Evangel. cap. 15. Tringenta Deorum milia in terra esse censurisset Iulianus.*

IX. Secunda D. Thomæ ratio ex infinitate divine perfectionis petitur. Deus est infinitus in toto genere essendi; ergo unus: Consequentia probatur infinitum in aliquo genere continet omnes perfectiones illius generis: ergo non potest esse nisi unum: si enim essent duo, aliqua perfectio essendi contingeret uni, que deest alteri, & consequenter neuter esset imperfectus.

X. Huic similis est ista: Deus est, quo melius esse, aut cogitari non potest: ergo unus. Prob. consequentia primo: melior est illa natura, in qua pleniore essendi ita eminentior, & unita continetur, ut extra illam nihil sit, nisi ab illa derivatum, & participatum, quia illa, extra quam reperitur aliquid ab ea omnino independentem, & imperceptibilem. Secundo prob. consequentia: si essent duo Dii, & aliquid differrent, aliqui duo non essent: id autem, quod differrent, esset aliqua perfectio: quid enim in Deo non perfectum? ergo aliqua perfectio uterque careret, & quidem summa, nempe ea, qua æmulus ab eo discreparet: quinque tota unius substantia deest alteri: non ergo esset perfectissimum, quod ex cogitari non potest. Id urget Lactantius lib. 1. in sp. c. Uterius; si saltim sint duo Dii æquales sibi, utroque melius aliquid cogitari poterit, melius est enim non habere, quam habere partem. Melius est alia omnia infra se, quam juxta se habere: melius est solum imperare, quam conseruam pati: melius est in alium dominari, quam cum alio: melius est, nihil exteri a suo imperio, quam aliquid, & hoc summum. Adest autem Tertullianus libris contra Marcionem, maxime lib. 1. cap. 3.

XI. Tertia D. Thomæ ratio sumitur ex unitate Mundi sic: Mundus unus est: ergo unus Mundi Factor, & Gubernator Deus: unum enim opus unum prodit Artificem. Si enim esset plures Dii plures usque Mundos fabricarent. Quid enim ad unius structuram oportet confingere plures, nisi, si forte minus possent singuli, mutaque opera, & commoditatis minus indigerent? Deinde si a pluribus factus esset Mundus, omnibus obtemperaret, ab omnibus regeretur: quomodo ergo in Mundo consonantia, an non potius perturbatio? Hoc argumento urgebat Gentiles Athanasius Orat. Contra Gentes sic concludens: *Nam nec navis a multis gubernata recto cursu ferri potest, nisi ejus clavum unus gubernator renouet: nec terra a multis pulchra perfectum conceptum efficit, nisi musica unus eam percussorit. Quorum rationem reddit D. Thomas laudato loco: quæ enim diversa sunt, & diversa, in unum ordinem non conveniunt, nisi ab uno aliquo dirigantur, multi enim melius reducuntur in unum per unum, quam per plura. Quia per se unus una est causa, & multa non sunt causa unus, nisi per accidens, in quantum scilicet sunt aliquomodo unum. Adde, quod Universum hoc esset monstruosum, si duo capita prorsus independentia haberet. Ac præterea, cui ex his duobus esset? Si inter illa discordia oriretur, cui favendum absque alterius inevitabili indignatione?*

S. II.

Aliis rationibus unitas Dei demonstratur.

XII. Præter rationes ex D. Thomæ allatas, aliis visis Dei unitas probatur. Et primo: Deus est summum bonum, & ultimus finis simpliciter: ergo unus; repugnat enim, dari duo summa bona, & duos ultimos fines simpliciter. Consequentia prob. primo: Summum bonum, & ultimus finis simpliciter ita implebit debet totum hominis appetitum, ut nihil extra ipsum appetendum relinquant: quod certe non esset, si præter illud, aliud summum bonum, & ultimus finis daretur. Secundo: de ratione ultimi finis simpliciter est, quod ad ipsum omnia referantur, & ipse ad nihil aliud referatur: sed hoc non esset, si darentur duo ultimi fines simpliciter: ergo Minor probatur; Vel unus illorum ad alterum referetur, vel non. Si primum, ille, qui referetur, non esset ultimus finis simpliciter, & in omni genere. Si secundum, ille, ad quem non refereretur, non esset ultimus finis simpliciter, cum de ratione illius sit, ut omnia referantur ad ipsum.

XIII. Secundo probatur. Si essent plures Dii: vel alter sciret secreta consilia alterius, etiam ipso invito, vel nesciret: si sciret, par in utroque esset imbecillitas, & impotentia, cum de ratione libertatis, & domini supra actus suos interiorum sit, ut ipso invito a nemine cognoscatur. Si vero nesciret; par in utroque esset ignorantia, & impotentia cognoscendi aliquid cognoscibile, quæ Deum, qui debet esse infinitus in cognoscendo, dedecere.

XIV. Tertio. Si essent plures Dii, nullus eorum esset omnipotens.